Mandatum ad aperienda Acta Terria

Sigismundus etc.

Generosis Judicibus Scabinis et Notariis Terrestribus Terrarum nostrarum Culmen. et Michaloviens. in Prussia Fid. nobis dilectis Gratiam nram Regiam Generosi Fid. nobis dilecti Mittimus nostro certa rescripta ad causas Fisci nostri necessaria ex Actis Terrestrib. Culmen. et Michaloviens. petenda Nobilem Wenceslaum Bialochowskij Vice Notarium Cancellariae nostrae quare Fid. Vris mandamus ut quamprimum praedictus Wenceslaus Bialochowskij eo nomine Fid. vras monuerit non expectato Judiciorum Terrestrium tempore ad locum in quo Acta Terra Culmen. et Michaloviens. asservantur conveniant vel duos ex sede Scabinali cum clavibus eo mittant. Actorumque Terrestrium eidem Wenceslao Bialochowskij copiam faciant et quidquid ille in eisdem Actis ad causas fisci nostri necessarium reperierit eius rescripta illi authentice extradant neque secus faciant pro gratia nram charam habent.

Advocatio causae

Sigismundus etc.

Generoso Georgio Schenking Oeconomo Derpaten. Fid. nobis dilecto gratiam nram Regiam Generose Fid. nobis dilecte graviter exposuit nobis Magistratus populusque Civitatis nostrae Revalien. quod Fid. tuam una cum nobili Hermano Wrangel Syndicum et Famatum Joannem Strabbonium Judicem Revalien. propter certa sua negotia Derpatum venientem a nemine litigio convictum sed ne accusatum quidem in dicta causa primum quidem in hospitio arestaverit deinde vero turpissime habitum in squalidos carceres coniecerit in eisque eum tam diu detinuerit donec partim morbo partim squalore vix iam non suffocaretur neque tamen prius dimiserit quam de sistendo se iterum Derpati ad certum per Fid. tuam praestitutum tempus spopondisset. Haec dicta sunt non mediocriter nos offendunt cum ad labefactandam vicinitatem et observantiam utriusque Regni nostri hominum spectent. Quapropter eam totam causam cum toto eius effectu ad nos advocamus terminumque peremptorium diem vero decimum Mensis Novembris ubicunque tunc cum curia nostra feliciter constituti fuerimus vobis pro tribus tam Fid. T. una cum Hermano Wrangelio quam praedicto conquerenti Joanni Strabbonio coram nobis praefigimus et assignamus ubi

Fid. T. et Hermanus Wrangel ad illatas Joanni Stralbornio iniu-
rias et ignominias peremptorie respondebunt Joannes quoq Stral-
bornius itidem si quid illi Fid. V[ra] obijcien[dum] habent sese iustifi-
caturus est. Interea vero volumus et Fid. T. serere mandamus
ne eidem Joanni Stralbornio (quem nos exterum in patroci-
nium et protectionem n[ost]ram recipimus) sive p[rae]texta per vim extor-
tae sponsionis p[rae]fatae sive quacunq alia ex causa tam per se quam
per domesticos subditos et quoscunq sibi adhaerentes molesta
sit, neve illum in tractandis honestis illius negotijs impediat
sub poenis in violatores salvi conductus nostri legibus sanc[itis]

Cessio Aduocatiæ

Sigismundus &c. Significamus &c.

Quod coram nobis et Actis Cancellariae nostrae constitutus
personaliter Generosus Paulus Scerbicz Decretorum nostrorum
Notarius de speciali consensu et voluntate nostra vltro libe-
req; de toto iure suo quodcunq illi ad Aduocatiam in villa n[ost]ra
Męka ad Capitaneatum Syradien[sem] spectan[tem] necnon ad lanneas
in eadem Aduocatia inscriptas competit, cessit Generoso Ste-
phano Malochowskij nihil iuris sibi suisq successoribus tam
in Aduocatia ipsa quam in lanneis in ea inscriptis reservan[s]
sed illud totum in personam p[rae]dicti Stephani transferendo re-
cognoscens sibi pro eiusmodi iure suo ab eodem Stephano Ma-
lochowskij satisfactum esse de qua satisfactione eundem perpe-
tuo quietavit. Nos vero eiusmodi cessionem per omnia ratam
haben[tes] ad Intercessionem certorum consiliariorum nostrorum
eandem Aduocatiam cum omnibus eius attinentijs in ius Ad-
vitalitium eidem Stephano Malochowskij contulimus p[ro]mit-
ten[tes] verbo nostro Regio pro nobis et Serenissimis successorib[us]
nostris quod ea bona de manibus p[rae]dicti Stephani Ma-
lochowskij donec vixerit non redimemus neq cuiquam ea re-
dimen[di] facultatem concedemus, sed eundem Stephanum Ma-
lochowskij in pacca eius Aduocatiae p[rae]fatae possessione ad ex-
trema usq vitae tempora conservabimus et Sermi successores
nostri conservabunt. In cuius &c.

Cessio Stationis

Sigismundus. Significamus &c.

Quod coram nobis et Actis Cancellariae n[ost]rae constitutus per-
sonaliter Generosus Albertus Sosnicky Dapifer n[ost]r[um] recedens
a quavis iurisdictione sua propria et competen[ti] et se quo ad actum